



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

De S. Wilfrido.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

154. DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS.

Symbola & Ceremoniaæ quas in Sacramentis conficiendis vel administrandis, ad Dei cultum, populi deuotionem, Ecclesia Catholica exercitat, de quibus Dionysius Areopagita Diui Pauli discipulus Ecclesiæ hierarch. cap. 10. *Principes nostri (Apostoli) visibilibus signis cœlestia sacramenta texerunt, & sub humanis imaginibus res diuinæ tradiderunt, & in materiali figura maiestatem spiritualem representarunt ut pro modo ac ratione captus nostri figuris visibilibus quasi adminiculis quibusdam ad mysteriorum augustiorem intelligentiam subuecheremur.*

Voluit S. Willibrordus Frisicam Ecclesiam planè conformare Ecclesiæ Romanæ, ut quasi ei à Deo dictū sit quod Moysi in ædificando & disponendo tabernaculo; *Inspece & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. exodi 25.*

De S. Wilfrido.



Oc tempore Northumbriæ Episcopatu secundò pellitur S. Wilfridus, vir alternante fortuna plurimum iactatus ac in exemplum patientię natus. Pulsus prædicat apud Anglos mediterraneos annis de cem, ibidemque Episcopatum Legecestrensem administrat, sicuti in prima expulsione administrat Selesiensem inter Australes Saxones. Huius libenter & grata reminiscimur & copiosius postea laudabimus, tum quod fundator sit monasterij Rhipensis in quo S. Willibrordus iuuenis est educatus, eruditus ac religiosè conuersatus usque ad 20. ætatis annum, adeoque verus Abbas eius fuit.

DISSERTATIO XLIII.

255

Tuit, licet possessione sua frequenter priuatus: tum quod in Frisia nostra prædicarit, inchoans, teste V. Beda, quod S. Willibrordus cum suis postmodum perfecit.

DISSERTATIO XLIV.

De exilio S. Lamberti amici S. Willibrordi & cooperatoris.

Sanctus Lambertus S. Willibrordi fautor, promotor, auxiliarius, amicus & familiaris hic nobis commemorandus. Is nobili ortus parentela à cunabulis omni pietate politus tandem ad Episcopalem dignitatē

Tungrensis Ecclesiæ sublimatur Episcopus 29. in locum B. Theodardi Martyris Magistri sui anno 658. vel iuxta tabulas Bucherij & Ioannis Roberti anno 656. quo tempore huic mundo producitur S. Willibrordus, quasi diuina prouidentia Apostolico viro futuro, ac in Austrasiam olim venturo S. Lambertum modò aptaret, qui exercitatis sensibus, prudentia, consilio, ope, authoritate ei praestato esset.

Regibus Franciæ desidiâ torpentibus Ebroinus quidam Maior domus nimia insolentia Franciam Austrasiamque miscebat; cui dum viriliter Antistites se opponunt, ab ipso exilio, morte alijsque poenis multantur. Inter hos S. Lambertus sede sua pulsus exulare cogitur.

De anno exilij duplex est sententia: vna tecens, contigit illud anno Christi 668. quā habet Bucherius in tabula Chronologica ad 1. tomū Cheapea. sub his verbis: *Ebroinus ēn Theodorico Rege in gratiā reddit. Fit maior domus. Inde ad vexandas suos inimicos se conuertit, Leodegarium, scilicet, & alios. Tunc quoque S. Lambertus ab Episcopatu degradatur & in Stabulariū Monasterium se contulit, intruso quodam Pharanundo per septennium.*

V 2

Vite